



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

55. Debitum Pastoralis &c. Confirmatio Indulgentiarum ab Innocentio XI.
concessarum pro Christifidelibus comitantibus Sanctissimum
Sacramentum, dum ad Infirmos pro Viatico defertur, cum concessione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & in solitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu scientia & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, nihil penitus omisso, & formam in illis traditam observatam, eisdem præsentibus pro expressis, & insertis habentes, alii rursus in suo robore permanentes, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio
ad Valvas
vini ha-
beat inti-
mationis
personalis

§. 18. Volumus autem, ut præsentis Litteræ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Aciæ Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde ardeant, & efficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

Fides
transsum-
ptorum.

§. 19. Quodque earundem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extrâ illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus exhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio
poenalis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Decretorum, Declarationis, Voluntatis, Statuti, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. 4. Nov.
1694. P.
A. 4.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Pridiæ Nonas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

B. Card. Prodatarius.

J. F. CARD. ALBANUS.

Visa de Curia J. Sacripantes.

D. CIAMPINUS.

Loco † plumbi.

Registrata in Secret. Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die sexta mensis Novembris; Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini INNOCENTII, Divinâ Providentiâ Papæ XII. Anno Quarto: Supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Aciæ Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Thomam Orlandum ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Franciscus Antonius Simoncellus Magister. 'Curs.

Confirmatio Indulgentiarum ab Innocentio XI. concessarum pro Christi fidelibus comitantibus Sanctissimum Sacramentum, dum ad Infirmos pro Viatico deferretur, cum concessione alterius Indulgentiæ pro iis, qui illud comitari præditi, lumen ea occasione deferendum miserint.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

DEBITUM Pastoralis Officii, quo Catholica Ecclesiæ Regimini Divina dispositione præsidemus, exigit, ut ad augendam fidelium Religionem, promovendamque Animarum salutem pia charitate intenti, Spiritualium gratiarum concessiones, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri ad incitandam, fovendamque eorumdem fidelium erga Sanctissimum, Augustissimumque Corporis, & Sanguinis Domini Nostri JESU Christi Sacramentum, pietatem, atque devotionem providere, & salubriter emanasse noscuntur, Apostolici muniminis nostri patrocinio robaremus, ejusdemque Sanctissimi Sacramenti Cultum uberiori Cœlestium munerum largitione, quantum Nobis ex Alto conceditur, ampliare studeamus.

Proce-
mium.

§. 1. Aliàs siquidem felicis recordationis Innocentius Papa XI. Prædecessor Noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, tam in Alma Urbe Nostra tunc sua, quam alibi ubicunque locorum degentibus, qui præfatum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, cum ad Infirmos pro Viatico deferretur, devotè comitati fuissent, ac pro Christianorum Principium concordia, hæresium extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, quacunque vice id egissent, si cum lumine, septem annos, & totidem quadragenas, si verò sine lumine illud, ut præfertur, comitati fuissent, quinque annos, & quinque quadragenas respectivè de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet per eos debitis poenitentis in forma Ecclesiæ consueta sub certis modo, & forma tunc expressis misericorditer in Domino relaxavit, & aliàs prout in ipsis Innocentii Prædecessoris Litteris desuper in simili forma Brevis die prima Octobris 1678. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inferro haberi volumus, uberius continetur.

Narrat in-
dulgentias
à Præde-
cessore
concessas
comitari
Sanctiss.
Sacramen-
tum pro
Viatico

§. 2. Nunc autem Nos memorati Sanctissimi Sacramenti venerationem in dies magis, magisque augeri, piisque, ac laudabilem, quem benedictente Domino in Urbe præfata, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes diffunduntur, Sacratissimum hoc salutis nostræ pignus, cum ad infirmos deferretur, decentius comitandi morem, certis desuper dilecti filii nostri in eadem Urbe Vicarii in Spiritualibus Generalis auctoritate præscriptis regulis, institui curavimus, ubique locorum, & gentium extendi, & propagari summopere cupientes; Concessionem à memorato Innocentio Prædecessore, sicut præmittitur, factam, ac desuper expeditas ejus litteras præfatas, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Indicat
præscri-
pta in Ur-
be pro ma-
jori vene-
ratione in
comitan-
do.

§. 3. Præterea omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus ubicunque existentibus, qui legitimo aliquo impedimento detenti, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum supradictum, cum illud ad infirmos deferri contigerit, personaliter comitari nequiverint, sed tamen lumen, seu faciem per alios ea occasione deferendam miserint, & ut præfertur, oraverint, quacunque vice id egerint, tres annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu

Approbat
concessio-
nem ab In-
nocentio
XI. factam

Extendit
concessio-
nem ad uni-
versos
Fideles
conceden-
do Indul-
gentiam
mittenti-
bus lumen

Fides ad-
hibenda
Translum-
ptis.Dat. 5.
Jan. 1695.
P. A. 4.

LVI.

I. F. Card. Albanus.

Communitio diei Benedictionis & absolutionis Generalis concessa à Clemente VIII. & Urbano VIII. Ordini Fratrum B. Mariæ Virginis de mercede Redemptionis Captivorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*Tenor li-
terarum
Clementis
Papa X.

Exordium

Concessio-
nes Clem.
VIII. &
Urb. VIII.
Ordini
Fratrum B.
Mariæ Vir-
ginis de
Mercede
redem-
ptionis
Captivo-
rum factæ.Eorum-
dem Con-
cessionum
Confirma-
tio.

alias quomodolibet per eos debitis poenitentis in forma Ecclesie consueta harum serie relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manualicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur, ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. Januarii 1695. Pontificatus Nostri Anno Quarto

Dudum à fel. rec. Clemente Papa Decimo Prædecessore Nostro emanant ad favorem Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de mercede Redemptionis Captivorum litteræ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet: Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Ex iuncto Nobis cœlitus Apostolica servitutis munere ea, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri ad Spirituale Christi fidei adificationem animarumque salutem provide concessa esse noscuntur, ut firma semper, atque illabata persistant, Apostolici muniminis Patrocinio, cum id à Nobis petitur, libenter roboramus, & alias desuper statuimus, sicut in Domino salubriter expedire arbitramur. Exponi siquidem nuper fecit dilectus filius Matthias de Cardona Vicarius, & Procurator Generalis totius Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Mercede redemptionis Captivorum, quod dudum fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor Noster, ad cujus notitiam pervenerat, in eodem Ordine vigere morem antiquissimum ab immemorable tempore observatum in diebus Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris, ac Cinerum, & Cœnæ Domini, omnes tam Religiosos quam Seculares nimirum in Ecclesia præfentes, & genuflexos, post Confessionem à Sacerdote coram omnibus recitatam de more absolvendi, & benedicendi, ut etiam alie Religiones facere consueverant; Hanc facultatem prævia dicta Confessione (ut præfertur) de more à Sacerdote coram omnibus recitata absolvendi & benedicendi omnes præfentes, tam Religiosos, quam Seculares dictis diebus Apostolica auctoritate; approbavit, & confirmavit, ac eidem Ordini, quatenus opus esset, de novo concessit; Et subinde, idem Clemens Prædecessor, ut similis absolutio, & benedictio generalis, etiam festis diebus Sanctorum Laurentii, & Antonii in prædicto Ordine, ejusque Monasteriis, & conventibus fieri posset, dicta auctoritate perpetuo concessit, & indulgit. Ac demum rec. mem. Urbanus Papa Octavus pater Prædecessor Noster, feriam quintam in Cœna Domini, quæ absolutio, & benedictio generalis hujusmodi, sicut præmittitur, fieri poterant in diem festum S. Petri Nolasci, commutavit, & alia prout in terminis præfatorum Clementis, & Urbani Prædecessorum litteris desuper in simili forma Brevis expeditis, uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio sub-

jungebat, præfatus Matthias Vicarius, & Procurator Generalis præmissa, quod firmiter subsistant, Apostolicæ Confirmationis Nostre Patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsius Matthiæ Vicarii, & Procuratoris Generalis votis, hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & Poenis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, facultatem de more absolvendi, & benedicendi omnes in Ecclesia præfentes, & genuflexos, tam Religiosos, quam Seculares, prævia confessione à Sacerdote coram omnibus recitata in supradictis diebus Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris, ac Cinerum, nec non Sancti Laurentii, Sancti Antonii, & Sancti Petri Nolasci, Ordini præfato concessam, ut præfertur, Auctoritate prædicta, renore præsentium, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Ea tamen lege, ut in hujusmodi functione de cætero servetur formula infra scripta, videlicet: Dominum Nostrum Jesum Christum humiliter deprecamur, ut gratiæ suæ lumine illabatur cordibus vestris, vobisque benignè concedat, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones consequi, quas Summi Pontifices Ordini Nostro, cum specifica facultate eas Confraternitatibus nostris communicandi concesserunt, juxta privilegiorum Apostolicorum tenorem, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Decretorum dispositionem miseratur vestri omnipotens Deus, dimittat vobis omnia peccata vestra, liberet vos ab omni malo, confirmet, & conservet in omni opere bono, & perducatur vos ad vitam æternam; qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in Secula Seculorum Amen. Decernentes easdem præfentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces, existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut ipsorum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur; si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Maji 1673. Pontificatus Nostri Anno Quarto. J. G. Slusius.

§. 2. Cum autem, sicut Dilectus Filius Bernardus Carinnena, & Ypenza Vicarius, & Procurator Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exposuit, ipse ex supradictis diebus, quibus absolutio, & benedictio generalis hujusmodi, sicut præmittitur, fieri solet, diem festum Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris in feriam quintam in Cœna Domini, qua scilicet Christi fideles, attenta temporis Paschalis opportunitate, ad Ecclesias Ordinis supradicti pro eadem absolutione, & Benedictione Generali consequenda, magis dispositi accedent, commutari plurimum desideret. Nos ipsius Bernardi Vicari-

Formula
in ejusmo-
di func-
tione servan-
da.Decretum
roborans
& irritans.Deroga-
tiones.Fides
Translum-
ptorum.Dat. li-
terarum Cle-
mentis X.Communi-
catio diei
festi S. Ca-
tharinæ
Virginis &
Martyris.